| | | |
|---|---|---|
| *f. 61ra* | que in opere faciendo hosti subi- | *Graphia-Libellus* |
| *Is. 18,11,4* | ciunt. Musculi cuniculo similis fit, | *f. 36v Kap. 16 (S. 348)* |
| *Is. 18,12,1* | quo murus perfoditur. Clipeus scu- | Clipei sunt maiores scuti. diffe- |
| | tus maior celat corpus pericu- | rentia: |
| | lisque subducit. Appositus enim | |
| | sua defensione ab hastis et iaculis | |
| | corpus munit. Clipeus autem pe- | equites ferunt scuta, pedites au- |
| *Is. 18,12,2* | ditum est, scutum equitum. Scu- | tem clipeos. |
| | tus excutit telorum ictus. Ut | |
| | enim telis resistatur, clipeus ante- | scuta sunt, que in medio habent |
| | fertur. Umbo scuti pars media | umbonem, idest u<m>bili- |
| *Is. 18,12,3* | quasi umbelicus. Ancyle est scu- | cum. Ancilia sunt brevia et ro- |
| *Is. 18,12,4* | tum breve et rotundum. Peltum | tunda scuta. Pelta sunt brevia |
| | est scutum brevissimum in mo- | scuta in modum lune medie |
| | dum lune medie. | facta. |

*Is. 18,12,5* Scet<ra> scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri et Mauri. *Is. 18,12,6* Parma arma † parvia in libia. Scutum *rotundum* in modum testudinis fit. *Is. 18,13,1–2* Lorica est *vestis* ferrea ex laminis ferreis et *anulis ferreis* et hereis concatenata in modum squame piscis. Cum cilicio autem poliuntur *Is. 18,14,1–2* lorice et teguntur. Capis de lamine, galea de coreo. Apex est quod in summa galea eminet, quo figitur crista, quam Greci conum vocant. Nam conus est curvatura que in galea prominet, super quam criste *Is. 18,17,1–2* sunt. Gimnicus ludus *urbis Rome* est velocitatis et virium gloria. Ubi *Is. 18,18* luctantur nudi. Genera gimnicorum sunt quinque: idest saltus, cur- *Is. 18,19* sus, iactus, virtus atque luctatio. Saltus est altius exilire vel longius. *Is. 18,20–21* Cursus celeritas pedum. Iactus a iaciendo; arreptos enim lapides prorsus ferire, hastas pondere vibrato iactare, sagittas ex arcu emitte- *Is. 18,23;22 f. 61rb* re. Lucta/tio ex complexu laterum. Virtus universitas virium in la- *Is. 18,27,1* bore et pondere corporis. *Romanorum enim* ludi circenses sacrorum *Is. 18,27,2* causa equorum instituti sunt. Castori *vero* et Polluci deputantur hii ludi quibus equi a Mercurio distributi sunt. Neptuno autem equestres similiter ludi. Sed et Martis et Iovis in ludis equestribus conse- *Is. 18,27,3* crati et ipsi quadrigis presunt. In circensibus autem ludis, ubi nunc mete sunt, olim gladii ponebantur, quos quadrige circumibant. Siquidem et in litore *Tibris* agitantes gladios ponebant, et erat artis *Is. 18,28,1* equum circa pericula torquere. Circus Soli principaliter consecratus

---

181 subiciunt *KN* 182 cuniculosi miles fiunt 190 a me fertur 197 libia *K:* levia *Isid.* 200 capis *K* 210 equorum *KN:* deorum *Isid.* 212 sequestribus